

1790. Leo Sapieha ... Alexandros Sapieha.. ✓



LEO. SAPIEHA.

OLIM.

*PALATINUS. VILNENSIS. SUPR. M. D. L. CANCELLA-*

*RIUS. IDEMQUE. EXERCITUS. DUX. MAGNUS.*

ALEXANDRO. PRINCIPI. SAPIEHA.

*SUPREMO. M. D. L. CANCELLARIO.*

OLIM.

*PALATINO. POLOCENSIVM. COPIARVMQUE.*

*LITHUANICARVM. DUCI.*

PRONEPOTI. SUO.

DUM. PRINCIPIS IN. COLLEGIO. JUDICVM. M. D. L. FASCES.

VILNÆ. PONERET. SUMPTVQUE. SVO. NUPER. SAPIEHARVM.

VITAS. IN. IISQUE. PRIMVM. LEONIS. PUBLICAM.

IN. LUCEM. PRODIRE. FECISSET.

XVII. CAL: MAII MDCCXC.

LEO SATIRNA.

XVIII. 1013.



XVIII. 2. 1383

Quique fui memores alios fecere merendo.

*Æneid: VI.*

LEO. ALEXANDRO.

Nominis & virtutum Hæres de sanguine Nostro,  
Haud impar Domui meritis, vel munere Nobis.

Iustitiæ studium, Juris decreta severi  
Ipse quod asserui, post me venientibus annis,  
Quemve capessabant Nostra de Gente Nepotes,  
Divum equidem auspicio, Locus hic Tibi de Narimundis  
Ter Sexto datus est, ut non sine honore Tribunal  
Linquendo cedas aliis, exempla rependens!

Hos tenuit Fasces Antonius (a) atque Andreas:  
Quis Deus & Virtus fuerat mensura laborum.

Quamque fidem in Proavis, Lituanus viderat Orbis,  
Hanc in Te Pronepos ut servantissimus æqui  
Iustitiæque Assertor eras, spectando celebrat.  
Te cum laude domum redeuntem, laude coronans,  
Unde petas Publicam Rem, mox poscente Senatu.

Non ego de fama hæc: qua nil velocius esse  
Cui vigiles ajunt oculos, vim crescere cundo.

---

(a) ANTONIUS SAPIEHA tum Merecensis Praefectus, cum principem in Collegio Judicum M. D. L. locum teneret, illud Abavi sui Pauli Joannis SAPIEHE Palat: Vilnen: repetere solitus est. — Deus, fides, virtus mensura fit. ANDRÆAS SAPIEHA Castellanus Vilnen: septies in eodem Collegio tenendo fasces, æquissimi juris assertor audit.


Namque Pii Manes vestri penetralia mundi,  
Ingenium, sortesque hominum, spectamus ab alto.  
Non semel indolui Themidis gemitus lachrymasque:  
Cum terris exul, fugeret propriosque penates.

Legum Tu Custos! Dignum Te Sorte probasti.  
Neque scio, quis prisca fides & gloria cordi est.  
Cladibus edocti jam Cives discite sanctum!  
Discite justitiam moniti, & non temnere verum!  
Haud inopes ab luce Sophum, scriptisque Proborum.

Ius servate domi, foris hæc Res firma manebit.  
Spem dubicæ menti Deus addidit, almaque virtus.  
Nec primum adspirat cauto fortuna labori.

Tu Pietate Tua Majorum gesta calente,  
Efficis, ut tandem Nos qui coluere, colantur.  
Non ingrata facis. Discent exempla Nepotes:  
Illustraturi Patrium virtutibus Orbem,  
Teque animo memores repetentem facta Tuorum.

Perge Decus Sopibum! melioribus utere sæclis!  
Aurea de ferro consurgunt tempora: de Se  
Ut Pater, ut Natus, faciat dignissima scribi.





~~X~~

XVIII-2-1383